Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36525
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

quomin⁹ adnunciare omne consilium dei uobis. Attendite
uobis et uniuerso gregi in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos regere
ecclesiam dei quam adquisiuit sanguine suo. Ego enim
scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces
in uos non parcentes gregi. et ex uobis ipsis surgent uiri
loquentes peuersa. ut abducant discipulos post se. Propter
quod uigilate memoriam retinentes quoniam per triennium
nocte et die non cessaui cum lacrimis monens unumquemque
uestrum. Et nunc commendo uos deo. et uerbo gratiae ipsius domino ihu
xpo. qui potens est edificare. et dare hereditatem in sanctificatis omnibus. Argentum et aurum aut uestem nullius
concupiui. ipsi scitis quoniam ad ea quae mihi opus erant et his
qui mecum sunt. ministrauerunt manus istae. Omnia ostendi uobis.
quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos. ac
meminisse uerbi domini ihu. quoniam ipse dixit. Beatius est dare.
quam accipere. Et cum hec dixisset. positis genibus suis
cum omnibus illis orauit. Magnus autem fletus factus est omnium. et procidentes super collum pauli. osculabantur eum do
lentes maxime in uerbo quod dixerat quoniam amplius
faciem eius non essent uisuri. et deducebant eum ad nauem.
Cum autem factum esset ut naufragarem abstracti. Capitulum xxxj.
abeis recto cursu uenimus choum. et sequenti die
rhodum. et inde paphum. et cum inuenissemus nauem
transfretantem in phenicen. ascendentes in illam na
uigauimus. Cum apparuissemus autem cyprum. et relinquentes
eam ad sinistram nauigauimus in syriam. et uenimus tyrum.
ibi enim erant naues exponentes onus. Inuentis autem
discipulis. mansimus ibi diebus. vii. Qui paulo dicebant
per spiritum. ne ascenderet hierosolima. et expletis di
ebus. profecti uenimus deducentibus nos omnibus cum uxoribus